



Universitätsbibliothek Paderborn

**Manvale Sodalitatis B. Mariae Virginis. siue Exercitivm
Spiritvale Christianae Pietatis**

Véron, François

Coloniae Agrippinae, 1505 [i. e. 1605]

Pars Prima. Bulla sanctiSS. D. N. Gregorij 13. Erectionis primæ Congreg.
Romanæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46577](#)

CAPVT I.
INSTITVTIO
SODALITATIS, LE-
GES, INDVLGENTIAE,
Orationes dicendę in congre-
gationibus, &c.

PARS PRIMA.

ERECTIO PRIMA-
RIAЕ CONGREGATIO-
NIS IN ECCLESIA ANNVN-
ciatæ beatissimæ Virginis Mariæ Collegij
Romani Societatis I E S V , cum Indulgen-
gentijs , & cum facultate aggregandi
quasuis alias congregations si-
miles pro Generali Præ-
posito.

GREGORIVS EPISCOPVS,
seruus seruorum Dei, ad perpe-
tuam rei memoriam.

O MNIPOTENTIS DEI SAL-
uatoris nostri, qui ex pietatis suę su-
perabundantia, fidelium mentibus
A cœl-

2 MANVALE

cœlestis inspirationis gratiam, & deuotio-
nis ardorem, ad Diuinæ Maiestatis obse-
quia, & piorum operum exercitia salubri-
ter peragenda, continuò infundit, exem-
plo adducti, in eam pastoralis officij curā
cogitationemq; sedulo incumbimus, per
quam ipsorum fidelium fructuosis hu- us-
modi operibus, & exercitijs vacantium, re-
ligio, & deuotio continuum suscipiat in-
crementum: ijsque votua salus proueniat

1 Primor- animarum. 1 Alias siquidem per nos acce-
dia Congre- pto , quod plerique probi & pij adolescen-
gationis stu tes bonarum literarum studijs in Collegio

diosorum. nostro Societatis I E S V de Vibe insisten-

tes , singulari erga beatissimam Mariam
Virginem Dei genitricem affectu ducti, ac
etiam Lectorum, & Magistrorum suorum
spiritualibus cohortationibus ad id accen-
si, Ecclesiam Annunciationis eiusdem bea-
tæ Mariæ in corpore ædificiorum dicti
Collegij consistente, certis statutis die-
bus , & horis frequenter, & cum eximia
deuotionis sinceritate, cordisque contri-
tione conscientiam suam per Confessio-
nis, & sanctissimæ Eucharistiæ ministeriū

expurgare, ac Diuinis officijs, colloquijs,
& exhortationibus spirituibus , alijsque
pijs & salutaribus operibus vacare soliti e-
rant, 2 factoq; inde ad illorum exemplum

2 Aliorum concursus. maiore aliorum concursu, mutuis studijs

se

se in uicem consociauerant. Nos, ut pium
hoc institutum per amplius coalesceret,
ijsdem & alijs Christi fidelibus huiusmodi
spiritualibus operibus, & exercitijs pro tempore
addictis, nonnullas Indulgentias, &
peccatorum suorum remissiones conces-
simus; prout in nostris inde confessis litteris
pleniū continetur. Cum autem sicut
exhibita nobis nuper pro parte Dilecti Filij
Præpositi Generalis dictæ Societatis peti-
tio cōtinebat, in diuersis Mūdi partibus,
& præsertim insignioribus Europæ ciuita-
tibus, eiusdem Societatis collegia ad Iuu-
tutem bonis moribus & virtutibus ornan-
dam, ac vera pietate, sacraque doctrina im-
buendam propagare, illorumque externi
scholares ibidem studiorum causa confluen-
tes, optima deuotionis, & piorum ope-
rum huiusmodi exercitia feruenti studio
imitari; & exinde multiplices fructus ad
Dei solius gloriam, ipsiusq; Diuini Nomi-
nis cultum, ac beatæ Mariæ virginis hono-
rem, necnon publicam salutem & spiritua-
lem consolationem prouenire cœperint,
& operæ pretium sit, ut quemadmodum
piarum, & fructuosarum exercitationum
huiusmodi institutum à Scholaribus dicti
Collegij de Vrbe, quod nostris auspicijs, &
impensis magnifico ædificiorum, & stru-
ctorum opere, à fundamētis innouatur.

A 2 & ex-

& exstruitur, primordium suum in dicta Ecclesia Annunciationis beatæ Mariæ habuit; ita quoque inibi corundem scholiarum primaria Congregatio, seu primariū Sodalitium, sub titulo eiusdem Annunciationis beatæ Mariæ ad laudabile eorum in pijs operibus, & officijs huiusmodi studiū, nostris beneficijs, & Indulgentiarum præmijs conseruandum ac augendum, stabilitatur, & instituatur; pro parte ipsius Præpositi nobis fuit humiliter supplicatum, ut præmissis annuere, & desuper oportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur religiosum ipsorum scholarium, & in his spiritualibus exercitijs studium piæ voluntatis effectu prosequi volentes, ipsumque Præpositum à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à Iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harū serie absoluenter, & absolutum fore censemtes; Necnon literarum prædictarum tenores præsentibus pro expressis habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati in eadem Ecclesia vnam seu vnum externorum Scholarium dicti Collegij nostri, ac etiam aliorum Christi fidelium Societatis

SODALITATIS.

5

societati prædictæ deuotorum primariam 3 3 **Primaria**
Congregationem seu primarium Sodali- **institutiois**
tum sub titulo Annunciationis B. Marie cōgregatio,
huiusmodi, quæ seu quod per prædictum
& pro tempore existentem Præpositum
Generalem dictę Societatis, seu illo defun-
cto donec aliis ad officium Præpositi Ge-
neralis huiusmodi Canonice assumatur,
per Vicarium etiam Generalem eiusdem
Societatis dirigi debeat, Apostolica aucto-
ritate tenore præsentium perpetuo, sine
tamen ipsius Societatis præiudicio erigi-
mus & instituimus. Ut autem primaria Cō-
gregatio, seu primarium Sodalitium hu-
ijsmodi per gratiarum & munerum cœle-
stium largitionem, deuotionis, ac pietatis
iugiter proficiat incrementis, de Omnipo-
tentis Dei Misericordia, ac Beatorum Pe-
tri & Pauli Apostolorum eius auctoritate
confisi omnibus, & singulis Christi fideli-
bus verè poenitentibus & confessis, 4 qui 4 **Indulgē**.
deinceps in Sodales eiusdem primariae **plenaria**
Congregationis, seu primarij Sodalitij re- **pro sodalib⁹**
cipientur; tam die receptionis eorum, si **in ingressu**,
sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum & **in mor-**
in prædicta Ecclesia, aut vbiunque po- **uis articulo**
tuerint, eo die sumperint, quam in mor-
titis articulo, nec non ipsis, ac omnibus &
singulis alijs utriusque sexus Christi fideili-
bus etiam verè poenitentibus & confessis,

A 3 sacra-

5 Plenaria sacraque Communione refectis, 5 qui Ec-
pro omnib^o clesiam prædictam die Festiuitatis eius-
in die An- dem Annunciationis beatæ Mariæ à pri-
nunciatiōis mis Vesperis vsque ad occasum Solis ipsi-
us festiuitatis deuotè visitauerint, & inibi

pro Reipubl. Christianæ conseruatione &
augmento, Hæresum extirpatione, Prin-
cipiumque Christianorum mutua & Vni-
uersali pace, ac nostra, & pro tempore ex-
istentis Romani Pontificis prosperitate,

vel alias preces, prout vnicuique suggesteret
6 Plenaria deuotio, ad Deum deuotè effuderint. 6 In-
pro Sodali super iisdem sodalibus similiter verè pœ-
bus quin- nitentibus, & confessis, qui in Natiuitatis
quies in an & Ascensionis, Domini nostri Iesu Chri-
no.

sti, ac Annunciationis, Assumptionis, &
Conceptionis: Ne non Natiuitatis beatæ

Mariæ Virginis Festis diebus prædictum

7 In Julgen sanctissimum Sacramentum, ibidem vel
ia vnius alibi acceperint, plenariam omnium pec-
anni toties catorum suorum indulgentiam & remis-
quoties sionem Apostolica auctoritate, & tenore
pro Sodali præsentium misericorditer in Domino
bus, qui cor concedimus, & elargimur; ipsisque Soda-
pora defun libus, 7 qui de eorum numero existen-
torū affo tium, vel aliorum Christi fidelium defun-
cianauerint.

ctorum corpora ad sepulturam Ecclesia-
sticam associauerint, aut infirmi, vel im-

8 Vel si im-pediti, audit o signo campanæ, genu flexi,
pediti pro si per 8 infirmitatem licetbit orationem

Domi-

Dominicam, & salutationem Angelicam *eis aut pro*
pro salute animæ defuncti, vel corporis *infirmis o-*
infirmi, recitauerint; necnon qui *9 Con-* rauerint.
gregationibus tam publicis, quam præsen *9 Congre-*
tiatis, ac Diuinis officijs, spiritualibusque gationibus.
10 colloquijs, *11 exhortationibus*, & alijs *10 Diuinis*
pijs officijs etiam in Sodalis, seu aliorum officijs.
Christi fidelium defunctorum suffragium *11 Exhortæ*
per primariam Congregationem, seu pri- *tionibus iñ*
marium Sodalitium ordinandis, & ab ip- *terfuerint.*
so Præposito seu Vicario Generali appro- *12 Missæ sa-*
bandis: quique diebus feriatis *12 Missæ sa-* crificio die-
crificio interfuerint, aut Vespertino tem- *bus feriatis*
pore antequam cubent, *13 Conscientiam* *13 Conscien-*
suam diligenter examinauerint, seu pau- *tiam examen-*
peres *14 infirmos tam Sodales*, quam aliquos nauerint.
in Hospitalibus, vel priuatis domibus, nec *14 Infirmos*
non carceratos visitauerint, *15 aut pa-* vel incarce-
cem inter inimicos conciliauerint, quo- *ratos visita-*
ties horum quoduis fecerint, vnum an- uerint.
num de ijs iniunctis, vel alias quomodo- *15 Paem*
libet debit is pœnitentijs Apostolica aucto *conciliante-*
ritate & tenore similibus etiam Misericor- *rint.*
diter in Domino relaxamus; *16 Quaf-* *16 Alię in-*
cunque alias præsentibus non expressas *dulgentia-*
Indulgentias, & peccatorum remissio- *rum cōces-*
nes, etiam plenarias, & relaxationes *ſtones rebo-*
Scholaribus, & alijs prædictis ratione di- *cantur.*
eti eorum Instituti, vel alias in communi
per Nos, & Sedem Apostolicam quomo-
A 4 dolibet

dolibet concessas, reuocando & abrogando. Insuper ne præfati Sodales, si aliquando eos ab ipsa Vrbe abesse, vel alibi commorari contingat, huiusmodi Indulgentiarum spiritualium effectu, & fructu frustrati remaneant, ijsdem Sodalibus extra

17 Sodales, Vrbem 17 vbiuis locorum pro tempore vbiuis loco- commorantibus, vt in locis vbi eos pro rū possunt tempore residere seu commorari contige- cōsequi præ rit, opera prædicta, quæ ipsi Sodales in dictas In- Vrbe præsentes, pro singularum Indulgen- dulantias. tiarum, remissionum & relaxationum huiusmodi consecutione obseruare debe- rent, apud Ecclesias eorundem locorum, aut alibi prout poterunt obseruando, & exequendo, omnes easdem Indulgentias, Remissiones & relaxationes habeant, & illæ ijs pariter suffragentur, nec non tam in Vrbe præsentes, quam alibi vbiuis lo- corum commorantes, Sodales primariae Congregationis, seu primarij Sodalitij

18 Indulgē huiusmodi, qui singulis Quadragesimali- tias statio- bus, & 18 alijs anni temporibus, ac diebus num Vrbis Stationum Ecclesiarum dictæ Vrbis, & ex- visitāibus tra illius muros, quæ à Christi fidelibus Ecclesiā So pro consequendis Indulgentijs, & remis- cietatis vbi sionibus visitari solent dictæ Societatis, si adsit, vel a- ibi fuerit, alioquin aliam Ecclesiam seu diam quam Capellam in locis vbi eos pro tempore re- cunque, sidere seu morari contigerit, vt præferatur,

deuotè

SODALITATIS.

deuotè visitauerint, & ibi, septies Oratio-
nem Dominicam, & septies Salutatio-
nem Angelicam recitauerint, tot, & eas-
dem Indulgentias consequantur, quas cō-
sequerentur, si ijsdem temporibus & die-
bus singulas Ecclesias dictæ Vibis, & ex-
tra illius muros huiusmodi, pro ijsdem sta-
tionibus & Indulgentijs consequendis de-
putatas personaliter visitarent, ac omnia,
& singula, quæ pro huiusmvdì gratiarum
consecutione, quomodolibet requiriun-
tur, plenè adimplerent. Præterea ijsdem
19 Præposito, seu Vicario Generali, pro 19 Facultatis
tempore existenti, vt in quibusuis alijs di- conceditur
ctæ Societatis Collegijs extra Vrbem præ- Generali
dictam per vniuersum orbem nunc & pro Præposito,
tempore erectis, seu eorundem Ecclesijs, quæcunque
pro eorundem piorum operum incremen alias Cōgre-
to, quascunque alias, seu quæcunque alia gationes in
Scholarium ibidem literarum studijs insi- Collegijs ex
stentium, & aliorum Christi fidelium ipsi era Vrbem
Societati deuotorum congregations, seu erigendi et
Sodalitia, sub eo titulo Annunciationis aggregādū.
B. Mariæ quæ ab ipsa primaria Congrega-
tione, seu primario Sodalitio, tanquam
membra à capite dependeant, Autoritate
nostra, sine tamen Societatis, aut Colle-
giorum, & Ecclesiarum huiusmodi præ-
iudicio erigere, & instituere, illasque seu
illa eidem primariæ Congregationi, seu

A s pri

20 Aggre- primario sodalitio, 20 aggregare, ac eis sic
 g. uis quæ- erectis, institutis, & aggregatis, eorumque
 uis prima- sodalibus prædictas, ac omnes, & quaf-
 riae indulta cunque alias Indulgentias, peccatorum re-
 20 Indul- missions, relaxatioes, gratias & facultates
 gentias con tā spirituales quām temporales à Nobis, di-
 cedendi. Etaque sede primariæ Congregationi, seu
 primario Sodalitio de cætero conceden-
 dās, ita ut Sodales aliarum Congregatio-
 num, seu aliorum Sodalitorum, huius-
 modi obseruantes, & exequentes ea, quæ
 ipsius primariæ Congregationis, seu pri-
 marij Sodalitij Sodales pro Indulgentijs,
 remissionibus, & relaxationibus, huius-
 modi, consequendis obseruare, & exequi
 debent, easdem Indulgentias, peccatorum
 remissiones, & relaxationes pariter conse-
 quuntur, facultate aggregandi, & gratias
 huiusmodi alijs concedendi duntaxat ex-
 cepta communicare. Nec non tam prima-
 riā, seu primarium, quām omnes & sin-
 gulas ei aggregandas congregations, seu
 omnia & singula ei aggreganda sodalitia
 huiusmodi per se vel alium, seu alios
 eiusdem Societatis Presbyteros idoneos
 21 Congre- ad id ab eo deputandos 21 visitare, & pro-
 gationes vi earum felici statu, regimine, & directio-
 sitandi. ne, quæcunque 22 statuta, constitutiones,
 22 Statuta & decreta, licita tamen, & honesta, sacris-
 condendi. que Canonibus, & Concilij Tridentini de-
 cretis

eretis non contraria, nec non ab ipso Præ-
posito, seu Vicario, si per alium, vel alios
deputandos huiusmodi fiant, 23 examinā- **23 Examī-**
da & approbanda edere; ac postquam edi- **nandi, ap-**
ta fuerint, quoties pro eorum & temporū probandi.
qualitate, aut alias expediens ei videbitur
immutare, corrigere, moderari, & refor-
mare, aut alia ex integro condere liberè, &
licitè valeat, eiusdem auctoritate Aposto-
lica & tenore perpetuò concedimus, & in-
dulgemus; decernentes statuta, constitu-
tiones & decreta huiusmodi postquam e-
dicta, immutata, correcta, moderata, refor-
mata, & condita fuerint ab omnibus soda-
libus prædictis inuolabiliter obseruari de-
bere, ac 24 præsentes litteras sub quibus- **24 Præsen-**
cunque similiūm, vel dissimiliūm indul- **tes litteras**
gentiarum, & caliarum gratiarum reuoca- **non cōpre-**
tionibus, suspensionibus, limitationibus, **hendi sub-**
derogationibus, & alijs contrarijs disposi- **lijs, etiam**
tionibus, etiam in fauorem Basilicæ Prin- **cipis Apostolorum de Urbe, seu Cruciatæ Cruciatæ**
cipis Apostolorum de Urbe, seu Cruciatæ Cruciatæ
Sanctæ, aut alias per Nos, vel alios Ro- **Sanctæ, con-**
manos Pontifices successores nostros, cessionum
aut dictam Sedem, etiam Motu pro reuocatio-
nrio, & ex certa scientia Apostolicæ nibus.
potestatis plenitudine, seu ad quorum-
uis etiam Imperatorum, Regum, Regi-
narum, Ducum & aliorum Principum in-
stantiā pro tempore quomodolibet factis

mi-

minimè comprehendi, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum statum restitutas, repositas, & plenariè reintegratas, ac de novo concessas esse & censeri; Nec non omnibus quos illæ concernunt, suffragari debere. Irritum quoque & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari:

25 Non ob-
stantibus.

25 Non obstantibus præmissis, & nostra de Indulgentijs, ad instar non concedendis, ac alijs constitutionibus, & ordinacionibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque præsentibus, perpetuis futuri temporibus duraturis.

26 Træsum
pus habeat
sur fides.

26 Volumus autem ut earumdem præsentium transumptis etiam impressis Secretarij ipsius Societatis vel Notarij publici manu, & personæ alicuius in dignitate Ecclesiastica constitutæ, vel pro tempore existentis Præpositi, aut Vicarij Generalis eiusdem Societatis sigillo munitis, eadem prorsus fides, ubique locorum in Iudicio & extra adhibetur, quæ adhiberetur eidem præsentibus, si essent exhibitæ vel ostensæ; Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, erectionis, institutionis, concessionis, clargitionis, relaxationis, indulti, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis

quis autem hoc atten'are p̄fsumpserit,
indignationem omnipotentis Dei, ac bea-
torum Petri ac Pauli Apostolorum eius, se-
nouerit incursum. Datum Romæ apud
sanctum Petrum, Anno incarnationis Do-
minicæ 1584. Nonis Decembbris. Pontifica-
tus nostri anno tertio decimo.

*Pro Reuerendissimo D. Summatore
A. Iustus.*

*Registrata apud Io. Baptif. Secretarium
Io. Baptista Canobius.*

Alex. de Alexij.

Iacobus Ximenez Secr.

B LE-